Allen, H. Codicum Suetonii
duorum specimen, etc.

Dublin 1873.

CODICUM SUETONII

SUORUM DUORUM

SPECIMEN DEDIT NECNON OBSERVATIONES ALIQUOT ADDIDIT

HENR. ALANUS.

DUBLINII: APUD HODGES, FOSTER, ET SOC.
LONDINII: APUD WILLIAMS ET NORGATE.
MDCCCLXXIII.

Price Six-pence.

CODICUM SUETONII

SUORUM DUORUM

SPECIMEN DEDIT NECNON OBSERVATIONES
ALIQUOT ADDIDIT

HENR. ALANUS.

DUBLINII: APUD HODGES, FOSTER, ET SOC.
LONDINII: APUD WILLIAMS ET NORGATE.
MDCCCLXXIII.

Eodem Auctore:—

1. Conjecturae Animadversionesque Criticae in M. Cornelii Frontonis, &c. 8. *Dublinii* 1841.

2. Emendationes in Epistolas Ciceronis, quae sunt *ad Familiares* et *ad Atticum* missae. Accedit Fasciculus Emendationum in Scriptores Varios. 12. *Ibid.* 1854.

3. Observationes in Loca Aliquot Ciceronis. Accedunt in Caesarem, Frontonem, Gellium, Plinium nonnulla. 12. *Ibid.* 1863., 1*s.*

4. Emendationes Livianae. 12. *Ibid.* 1864., 2*s.*

5. Observationes in Q. Curtium Rufum. 12. *Ibid.* 1865., 1*s.* 6*d.*

6. In Sallustii *Catilinam* et *Jugurtham* Curae Secundae. Insunt varietates lectionis notabiliores Codd. MSS. trium. 12. *Ibid.* 1865., 2*s.* 6*d.*

7. Emendationes Livianae Alterae. Accedunt in Emendationes priores curae secundae. 12. *Ibid.* 1867., 1*s.*

8. Observationes in Frontonem nuperrime Lipsiae editum. 8. *Ibid.* 1867., 1*s.*

9. Hannibal Defensus. Tertium editus. 12. *Ibid.* 1868., 1*s.*

10. Emendationes Livianae Tertiae. 12. *Ibid.* 1869., 6*d.*

11. Observationes in Probum et Nepotem. 12. *Ibid.* 1872., 6*d.*

Parantur

Observationes in Frontini *Strategematica.*

Emendationes Livianae Quartae.

Dublinii: Impressit M. H. Gill, Academiae Typographus.

PRAEFATIO.

QUUM Codex quidam M. S. Suetonii *Vitarum XII. Caesarum* apud me esset, pauciores autem longe Codd. MSS. in hoc scriptore, quam in plerisque aliis scriptoribus Latinis, essent collati, utique Codicis mei periculum, quales afferret lectiones, faciendum putavi. Itaque hujus *Julium*, *Octavium*, *Tiberium* cum edito contextu Baumgarten-Crusii collatos dedi; neque operae poenitet collocatae. Ceterum est Codex chartaceus, saeculi xv., formae maximae, foliis 107., in Germania, ut opinor, scriptus. Post inscriptionem interpositi sunt noti illi Ausonii in Suetonium versus. Capitula eadem fere habet, quae editus contextus; et unicuique rubricatio sua praemissa est. Scribit *temptare*, *dampnare*, *calumpnia*, *autumpnus*, *sompnus*, *columpna*, *solempnis;* quae ego omnia corruptioni, inveteratae quantumvis, sed tamen corruptioni censeo tribuenda. Syncopas vulgatiores multas non recepit. Lacunam unam et alteram prodit, ubi nihil sentiunt editores deesse. Cujus codicis jam Vitis

illis tribus collatis, en, altero sum codice Suetoniano auctus. Ex membranis hic quidem est, saeculi xv., formae majoris, in Italia scriptus, insigne gerens Sforzanum, foliis nunc quidem 158.: nam deficit in *Domit.* c. 9. Praemissi sunt versus Ausonii *In Libros Suetonii, De xii. Caesaribus, De longitudine regni eorum, De finibus seu morte eorum.* Quem ne indelibatum omitterem, *Julianam* ejus contuli. Collationi conjecturas multas adspersi, quae sunt quasi ex ipsa natae. Addo aliquot etiam extra collationem observationes. Ac nonnullo beneficio meo arbitror affectum Suetonium.

Dublinii IV. *ante Cal. Maias* MDCCCLXXIII.

HENR. ALANI

CODICUM SUETONII SUORUM DUORUM SPECIMEN.

In *Julio.*

1. *Annum Julius Caesar agens* 1.; *A. agens C. Caesar* 2.; *redimeret* 1., 2.; *incolumem quem* 1. 4. *indignatione* 1., 2. (*Fort. non nisi summa in dignatione.*)
6. *muliebri habitu* 2. 8. *nec eo segnius* 1.
9. *cogitaret* 1. (Fort. *cogitare esset ausus.*); *Tanusius ait* 1.; *consurgeret* 2. 13. *largissima profusione* 1.; *domum nisi se* (Fort. tollendum pron.) 14. *Ciceronis* 1., 2. 15. *provocavit* 2. 16. *ab administr.* 2.
19. *creatus* 1. 20. *anteiret* (eum) 1.; *in levioribus culpis* 1., 2.; *libuisset* 1.; *ut* (se) 1.
21. *filiamque Juliam* 1., 2.; *B. expugnaverat* 2.; *post* (novam) *affinitatem* 1. (Fort. *Hanc post aff.*) 22. *Comatam* (quoque) 1. 23. *chirographum exigere* 2. 24. *se consulem* 1. (Fort. omittendum pron.); *Crassum Pompeiumque . . . compulit, ut . . . consulatum alterum peterent* (*perfecitque utrumque*) *et ut*—1. (Recte: nimirum perfecit utrumque (et Crassum et Pompeium), sc. consulem iterum. Secundus autem omittit *perfecitque*

utrumque.) 25. *xi. annis* 1.; *stipendii nomen* 2.; *apud Gergoviam* 1. 26. *Interimque consternata* 1., 2.; *et praedia viritim* 1. (Conferri potest c. 38.) 27. *filiam* (ejus) 2.; *plane* (palam) 2. 28. *cognosceret errorem* 2.; *quae per ambitionem* 2. 29. *sæpe quod* 2.; *ingentique mercede* 1. (Fort. *ingenti utrumque mercede*); *ex parte* 1.; *benef. adim. populi* 1. 30. *praetextus* 1.; *libro tertio* 1. (Fort. delendum *libro*: cf. Cic. *de Div*. i. 5. 8.) 31. *consideratus* 1. (Fort. *consideratius consideravit.*) 32. *in prox. sedens margine* 1.; *Jacta est alea* 1., 2. 34. *Brundusium* 1., 2.; (inde) *reversurum* 2. 35. *una prostravit acie* 2. 38. *in equites Romanos vicena quaterna millia nummum dedit* 2. 39. *et Q. Calphurnius et A. Calpenus* 1.; *per solu in orchestram* 1. (Fort. *saltu uno super orchestram transiliit*); *exanimatique sunt* 1., 2. (Recte: vide ad Cic. *de Off*. i. 3. 8., *Obss*. a. 1863. p. 19., *Emendd. Liv*. i. 39. Nec temporum ratio in edita constat.) 42. *in transm. c. transactis* 2. (Fort. *transductis.*) 44. *comp. ac redigendarum* 1.; *Pontinas* 1.; *Apeninum* 1.; *qui* (se) . . . *effuderant* 2. 45. *iniquissime ferre* 1., 2. 46. *quia non vota ad animum ei responderant* 2. (Fort. *quia non omnia ad vota atque ad animum ei resp.*) 47. *scita manu* 2. 50. *existimabatur enim Serviliam* 1. 51. *matronis* 1. (At vid. B.-Crusius in Indice p. 497., item Ernest. *Gloss. Liv*. p. 401.) 52. *quem de Cleopatra dicant* 2. 53. *scribat appetisse* 1. 55. *praestantiss. virorum* 1.; *debeat Caesar* 1., 2.; *quam non immerito* 1; *que non imm.* . . . *excepta* . . . *edita* 2. (Fort. *feruntur, ut pro Q. Metello, quam*—); *existimabat* 1.; (vix) *ipsius putat* 2. (Fort. *spuriam putat.*) 56. *De comm. Caesaris* 1., 2.; *in eodem Bruto*

(Sic uterque editam agnoscit.); *rescript. et correpturum* 2.; *duos libros* 1., 2.; *in Hisp.* (ult.) 1.; *pagines* 1. (Fort. *pages.*); *mitterent scr.* 1.; (per) *notas* 1.; *persequi vellet . . . commutaret* 1.; *Tragoedia Edippi* 1., 2.

58. *praespeculatus* 2.; *in obsessione* 2.; *Brundusio* 1., 2.; *adverse partes tempestatis p. e.* 1. (Fort. *adv. passus t. e.*)

59. *ita ut nullum spatium perterritis daret* 1. (Fort. *ita n. s. pert. dari*, sc. *fratus*: vide *Emendd. Liv.* i. 9., ii. 15.) 64. *spoliis* 1. (Nec mihi displicet plurale: vide *Emendd. Liv.* ii. 16. et 32.) 67. *inquisitor et pronunciator* (acerrimus) 1. (Cf. 71. "*pronunciatum.*"); *in ceteros* 1. 68. *et universi* 1., 2.; (sub) *conditione* 2.; *c. et xxx. ictibus* 1. 70. *Decumanos autem* (Romae) 1.; *stipendium* 2.; *proficiscens in Italiam* 1. 72. *accubuerit* 1.; *evexit* 2. 73. *libere deponeret* 1.; *rescripsit* 2.; *suffragator maxime mox* 2. 74. *in ditionem* 1., 2.; *amanum servum* 1.

75. *reclamavit* 1., *proclamabat* 2. 76. (ut) *continuum* 2.; *censuramque morum* 1.; *Ac non nullos* 1., 2.; *patrio more* 2. 77. *nihil amplius r. pu. quam App.* 1., *N. a. esse rem p.* 2.; *ac sine corde* 1., 2. 78. *Adeuntes ad se* 1.; *Quidam reputant* 1. (Fort. *referunt.*); *adm. C. Trebatium* (ut assurgeret) 2. 79. *duci in vincula duci* 1. (Fort. *recta in v. duci.*); *seu propter parum* 1.; *ereptam sibi gloriam recusanti* 1. (Idem *Tib.* 25., "*Cunctanti* causa erat—." Ergo fortasse nondum animadversum attractionis genus agnoscendum est.); *plebeo regem s. se* 2. (Fort. *plebeculae*); *variâ fama* 1., 2. (Fort. *gravis*: vide *Emendd. Liv.* i. 39.); *Quae sententia causa* 1. (Male: vide ad Sallust. *Jug.* 20. et in *CC. SS.* p. 34., ad Cic. *Lael.* 11. 37.; adde Liv. iv. 49. 10., v. 49. 9., vi. 34. 9.) 81. *Quam rem ne quis* 1. (Recte: vide ad Sal-

lust. *Cat.* 11. et in *CC. SS.* p. 8., ad Cic. *de N. D.* iii. 6., *de Off.* i. 3. 8., *Cat. M.* 2. 5.).; *ultra Martias idibus* 1.; *pluribus* (hostiis) *cesis* 1.; *p. h. orsus* 2.; *venisse quidem* (eas) 2. 82. *arrepto* 2. 83. *in tutores* 1. (Fort. *tutores* sine praep.) 84. *in campo martio* 2. (Fort. omitti potest *campo.*); *ex Electra Attilii* (alia) 1., 2.; *etiam noctibus quoque* 1. 85. *inquirebat* 1.; *caputque* (ejus) 1.; *controversias quascumque* 2. 86. *senatusconsultus* 2. (I. e., *s. consultu:* vid. Cortius ad Sallust. *Cat.* 42. 3.); *insectantium* 1. (Fort. *cum gladiis strictis sectantium.*); *opinantur* 1., 2. (Fort. *opinantur . . . satius esse duxisse.*) 88. *in deorum numero* 2.

In *Octavio.*

2. *patricios.* 3. *M.* (Tullii) *Ciceronis.* 4. *M.* (Atio) *Balbo.* 5. *sacrarium habetur.* 6. *ad cellae p. instar.* 7. *in regione . . . recenter.* 8. *immaturusque* (Fort. *—iusque*). 10. *subornaret, hac fraude.* 13. *ut s. C. submitteretur. . . . in volucrum potestate fore . . . quia obtulerat se* (Fort. *cui id obtulerat sors.*) 15. *conspecto eum ad arma isse* (Fort. *cum spe ea:* cf. Cic. *Lael.* 19. 68., "*spem, ut—.*") 17. *quod publice . . . de seditione* (militum). 18. *aspersum . . . fossas* (omnes). 19. *quam plures . . . inopsne mentis.* 21. *legiones male quietas* (Fort. *regiones.*) . . . *intra* xxx. *annos . . . ut amicitiam* (Fort. *ut amicitiam . . . putarent petendam.*) 26. *si non feceritis vos . . . post ix. annum.* 27. *dignitate decoravit . . . perpetuam gessit.* 28. (ut) *feram* (Fort. *auferam.*) . . . *ne quem status sui p.* 29. *urbem namque pro m. imp. minus ornatam . . . additus*

porticus (Et masculinum est Codici *porticus* nomen etiam inf. c. 31). 30. *utpote qui in c. . . . condonatione.* 31. *ferebantur . . . ordinationem . . . bis in anno . . . ut ad illorum velut ad.* 32. *liberique . . . tabulas—discussit . . .* (quartam) *addidit . . . mensium.* 33. *afficiebantur . . . delegabat.* 35. *post mortem C. . . . consideret quisquam.* 39. *Levissimum.* 40. *sanguinis* (spatio duorum triumve verborum vacuo relicto) *incorruptum* (Fort. *intemeratum atque incorruptum:* cf. Tacit. *Hist.* iv. 58.) . . . *en, ait.* 42. *destinasset.* 43. *et amphitheatro . . . effregerat* (Sic etiam 57.) . . . *compaginibus.* 44. *spectare . . . muliebrem sexum* (omnem). 45. *in alienis.* 51. *probes in facias* (Fort. *nae faciam.*) 53. *gravissime . . . vespere . . , tanta communitate* (Sic etiam 98.) *de eventum desideria* (Scribe *devenientium:* cf. *Vesp.* 5.; add. Ernest. ad Cic. *in Verr.* v. 48.) . . . *nullo se movente.* 54. *dictum est,* (spatio dimidiatae lineae vacuo relicto) *non intellexi* (Fort. *dictum est* ab eo, quem contra ipse dixerat, *Non intellexi.*) . . . *interrogatusque licet* (Fort. *quum triumvirum legeret . . . et tunc exsulantem legeret, interrogatusque esset ab eo.*) 55. *ne senatus quidquam constitueret.* 57. *quae possunt.* 63. *nuptui dedit . . . generum cederet . . . elegit.* 64. *Extr. q. cetum.* 65. *aliquanto etiam patientius . . . febe* (nomine) . . . *adque ad omnem.* 67. *in jocum converterat . . . effregit* (iterum, ut c. 43.) 69. *q. f. commissa consilia.* 70. *in p. Urbis celebratur.* 71. *Sed hoc malo benignitas mea me ad celestem gloriam effert* (Recte: nimirum ut *malo* sit ablativus nominis—hoc damno, hac jactura.) 72. *experiretur. Assidueque in urbe remaneret, si quando* (Fort.

experiretur. Assidue quum in Urbe maneret, si quando). 73. *neque refusis.* 76. *in epistola sunt.* 78. *dormibat.* 79. *in capite couiando* (Fort. *concinnando*) . . . *in memoriam ejus* (Fort. *in memoriarum libris*). 81. *frigoris curari* (Fort. *frigoribus*). 82. *perfundebatur gelida* (aqua) (Vid. Palairet.; add. Plin. xxxi. 2., "*gelidissimae* suctu.") 86. *concinnitate . . . imitandi sunt.*

87. *non dividere* (verba). 91. *egredi tabernaculum* (Vide *Emendd. Liv.* iii. 16.; add. Oudendorp. ad Frontini *Strategg.* i. 12. 1., iii. 2. 8.) . . . *rariora* (et minus vana). 92. *compliariuum* (Fort. *compluviam aream*). 94. *senatusconsultus* (Vide ad *Jul.* 86.) . . . *umquam eximi* . . . *unique olim* (omnino) . . . *sequenti* (statim) *nocte* . . . (simillimum) *dixit puero* (Mallet quis *ipsum illum dixit puerum*, vel *ipsissimum*. Infra :—"Augusto viso, ... affirmavit, *ipsum* esse.") . . . *avunculus* (Caesar) . . . *nata est soboles quae.* 96. *obvia occurrisset . . . deambulante* (Vide *CC. SS. in Sallust.* p. 47.; adde Liv. xxv. 16. 1. Jam vero ad pronomen omissum adhibe *Jul.* 4., *Tib.* 52., *Oth.* 8., *Calig.* 38., Frontin. *Strategg.* iv. 1. 10.; adde *Obss. in Probum* p. 16. 97. *Causam infirmitatis* (Fort. *infirmae valetudinis*: cf. *Jul.* 81.). 98. *remisso ad omne ocium et ad omnem communitatem . . . militibus divisit . . . Alexandrinorum . . . in jocos transfusus.*

99. *malas labantes.* 101. *quantum militum s. s. u. esset.*

In *Tiberio*.

1. *Regillo . . . recenter . . . triumphos sex.* 2. *admissa in re p. . . . causa libidinis.* 4. *Narbona.* 5. (levem) *conjecturam.* 6. *quod in tutela C. erat . . . oburerentur . . . actiacis bellis ludis* (Fort. *Actiaci belli ludis*). 7. *ut provisum sit ne.* 9. *et a barbarorum.* 11. *percussus ergo . . . diuque . . .* (tantum) *modo . . . dimittere.* 12. *deverteretur.* 13. *et casu.* 14. *Jovis oraculum . . . tunc maxime . . . spaciantur . . . destinaret.* 15. *privata* (modo) . . . (adoptione) *amiserat.* 16. *in provinciam.* 17. *de se defuncto.* 19. *lucubrante* (se). 21. *versus ille Homericus,* spatio non nisi unius versiculi a prima manu vacuo relicto. (Recte: vid. Casaubon.) 22. *in praesenti divinitas* (Fort. *in praesentia evitans*). 23. *aloqucione de Augusti repente* (Fort. *de Augusti decessu derepente*) . . . *atrox sinistra.* 25. *Cunctanti* (Vide ad *Jul.* 79.) . . . *in Germania* (exorta est). 26. *permisit eaque sola* (Vide *Emendd. Liv.* ii. 28.) . . . *et* (ne) *mensis . . . mox omnino tres.* 27. *consularem virum satisf.* 28. *liberam esse.* 29. *quo ipse.* 30. *senatu . . . reffert* (Fort. *referret*). 31. *voluntas testatoris.* 33. *assidebatque mixtim.* 35. *e questura . . .* 36. *artem deserturos . . .* 38. *profect. compararet.* 39. *cenante.* 40. *ab urbe egrediens* (Cf. *Claud.* 23.) 42. *tyro etiam* (tum) . . . *cenaret . . . propinanti sibi.* 43. *in qua . . serie comixi* (Fort. *commixti*). 44.

inflagravit. 45. *nec quidquam . . . obscenitatem* (Fort. *obscoenitatem . . . exprobrans*). 46. *unam m. liberalitatem.* 48. *quae Sejano.* 49. *veterem immunitate.* 50. *assidue.* 52. *causam mortis . . . suspectionem.* 53. *natalis.* 54. (interiore) *animi . . . conjectis.* 55. *ad summas.* 56. *quenam illam* (Fort. *quamnam illam tam molestam dialecton diceret*). 58. (hoc) *genus.* 59. *denunc.* (mala) . . . *remedium.* 61. *abjecti* (tractique sunt). 67. *patris* (patriae) *appellatio.* 68. *arbitratu* (eam) *suo irrexerit* (Fort. *ipse rexerit*). 72. *deterritus.* 73. *repetere si capreas* (Fort. *scilicet*). 75. *permaneret.*

EJUSDEM

OBSERVATIONES ALIQUOT IN SUETONIUM.

In *Julium.*

1. "*Nam Caesari* multos Marios inesse.*"

* Fort. *Caesari uni.*

24. "prospere decedentibus* rebus."

* Scribe *se dantibus.* Exempla autem vide apud Forcellinum; adde Gronov. et Drakenb. ad Liv. xxviii. 5. 9.

35. "crebro commemorans Pompeii felicitatem,* cui praecipua militiae laus de tam imbelli genere hostium contigisset."

* At mihi quidem in promptu foret plane contrarium quod est *infelicitatem* requirere, nisi Appianum viderem a VV. DD. conferri. Neque recte, arbitror, is imperator felix praedicandus est, qui eos hostes sortitus est, ex quibus devictis nulla gloria potuit reportari. Nisi forte ironia est Caesar usus.

39. "Navali proelio . . . magno pugnatorum numero* conflixerunt."

* Scribe *animo:* cf. Liv. xxvi. 39. 9., "Raro alias *tantis animis* concurrerunt classes."

49. "Pudicitiae ejus famam nihil quidem praeter Nicomedis contubernium laesit,* gravi tamen et perenni opprobrio."

* Fort. lacuna est :—*nihil quidem praeter N. c. laesit;* [id vero unum laesit] *gravi tamen et perenni opp.*

50. "*cujus causa post tres liberos,* exegisset uxorem.*"

* Fort. addendum *procreatos*, vel *ex ea susceptos*, aliquid tale.

69. "amoverique ocius* . . . jusserit."

* Fort. *quantocius.*

78. "*Repete ergo a me, Aquila, Rempublicam Tribunus.*"*

* Fort. *Repete . . . Remp.*, ab Imp. *Tribunus.*

In *Octavium.*

2. "Ea gens a Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes allecta, in senatum* mox a Ser. Tullio in patricias transducta."

* Fort. *allecta sine senatu, mox—* ; i. e. allecta, ut tamen jus senatum introeundi non haberet.

13. "Jam istam volucrum* fore potestatem.*"

* — * Pro *volucrum* mallem *volturum*, ut significaverit, aves has quasi animata sepulcra esse. Deinde fortasse *partem* pro *potestatem*.

16. "Bellum Siculum inchoavit* in primis."

* Scribe *inpigre inchoavit:* cf. *Oth.* 8., "Expeditionem *inpigre inchoavit.*"

Ibid. "Unde praebitam Antonio materiam exprobrandi.*"

* Fort. *exprobranti:* vide in collatione ad *Jul.* 79.

17. "Et Antonium quidem . . . ad mortem adegit, viditque mortuum.* Cleopatrae—."

* Adde *cum lacrymis*, id quod poterat, opinor, ante *Cleopatrae* excidere. Cf. Plutarchum.

Ibid. "Cleopatrae . . . etiam Psyllos admovit,* qui venenum ac virus exsugerent, quod perisse morsu aspidis putabatur."

* Scribe *etiam Psyllos* [adhuc spiranti] *admovit*: cf. *Tib.* 21., "*spirantem adhuc* Augustum reperit;" et *Cal.* 12.," *spiranti adhuc* detrahi anulum." Vide etiam ad Sallust. *Cat.* 61. et *Obss. in Curt.* p. 10. At enim quaeret quis, Quo modo illa spirabat, si jam perierat? Ego vero Sallustiano loco me tuebor: — "Catilina . . . repertus est, *paululum etiam spirans*, ferociam animi, quam *habuerat vivus*, in voltu retinens." Etsi uterque, opinor, et Catilina et Cleopatra, nihil amplius quam collabentibus pulmonibus exspirabat.

31. "quia hoc sibi . . . insignes victoriae obtigissent.* Sacerdotum —."

* Fort. addendum *tres:* cf. Macrob. i. 12. apud B.-Crusium.

43. "Munera* non in Foro modo, nec Amphitheatro, sed in Circo et in Septis, et aliquando nihil praeter venationem edidit."

* Sine libris additum est *Munera:* quod quomodo potuerit excidere, nemo facile dixerit. At tu adde *Munera ac venationes;* tum non amplius (nempe post *histriones*) ratione carebit lacuna. Et nota, quid sequatur: "*et aliquando nihil praeter venationem* edidit."

85. "Unus liber exstat, scriptus ab eo hexametris* versibus."

* Mox dicitur "et alterum librum *aeque modicum* exstare." Nihil autem jam hic adest ex quo possimus scire hunc ipsum librum fuisse modicum. Fort. *sexcentis hexametris.*

Ibid. "Nam tragoediam* magno impetu exorsus, non succedente stilo, abolevit: quaerentibusque amicis *quidnam Ajax ageret*, respondit, *Ajacem* suum* in spongiam incubuisse."

* — * Male in altero loco abesse videtur *Ajacis* nomen, "Nam *Ajacem* tragoediam;" male in altero adesse, "respondit, *Ajacem suum* in spongiam incubuisse." Cf. Macrobium apud B.-Crusium.

91. "Ipse per omne ver plurima et formidolosissima et vana et irrita videbat: reliquo tempore rariora et minus vana.*"

* Supra :—" Plurima *et formidolosissima et vana et irrita.*" Ergo fortasse lacuna est:—*rariora et minus* [formidolosa, minus irrita, minus] *vana.* Nam de infracto ordine vide *CC. SS. in Sallust.* pp. 9., 10.

99. " adjecit* et clausulam :—"

* Suspicor ante haec excidisse aliqua: *adsentientibus cum lacrymis* (vel *et illacrymantibus*) *illis.*

100. "Obiit . . . septuagesimo et sexto aetatis anno, diebus quinque et triginta minus."*

* Plane septuagesimo et sexto aetatis obiit anno; neque ea res facta minui potest. Fort. *septuages. et sexto* [exacto] *aetatis anno.* Ceterum exemplo hoc particulae augendus est Hand III. 617. 8.

In *Tiberium*.

6. " Infantiam pueritiamque habuit laboriosam* et exercitam.* "

* — * Habes emendationem doctorum virorum pro codicum lectione *luxuriosam et exercitatam.* Mihi longe aliud quiddam in mentem venit, *luxatam et eccentram.*

24. "diu tamen recusavit* impudentissimo mimo."

* Fort. *recusavit* [imperium suscipere] *imp. m.* Pergit Suetonius:—"nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros, quanta bellua esset *imperium ;* . . . Tandem quasi coactus . . . recepit *imperium.*"

75. " Morte ejus ita laetatus est populus, ut ad primum nuncium discurrentes pars *Tiberium* in Tiberim* clamitarent, pars—."

* Abundat mihi Tiberii nomen. Quemnam, nisi Tiberium? etsi non cum Tiberio, sed cum corpore Tiberii res erat. Ac mallem:—"ut . . . pars *In Tiberim! In Tiberim!* clamitarent."

Ibid. "forte accidit, ut quorumdam supplicii dies is esset, quo nunciatum de Tiberio* erat."

* Fort. *de Tiberio mortuo.* Etsi mallem *de mortuo,* omisso *Tiberio.*

INDEX.